

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XIII. continens Regulas XII.
pertinentes ad doctrinam Differentiae

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Regularum Philosophicarum.

DISPUTATIO XIII.

continens

REGULAS XII.

pertinentes ad doctrinam.

DIFFERENTIÆ.

Titulo Generis & Speciei subjungimus il-
lum, qui *Differentiam* complectitur, cùm
tres h̄i termini perpetuā quasi familiaritatē
inter se sint conjuncti. Dividit enim Genus
differentia, & constituit Speciem, adeo quod
fieri nequit, illorum trium unum sine alteri
unquam ut reperiatur.

REGULA I.

*Omnis differentia habet aliquam sibi oppo-
tam differentiam. VI. Top. Cap.*

VI. §. 2.

I. Omne genus oppositis differentiis dividitur
inquit *ibid.* Aristoteles. Atqui, inquis, *su-*
stantiarum differentiae non sunt opposita: quo
probatur, quia nec relativè, nec privativè op-
ponuntur, nec contradictoriè, nec contraria.
Non relativè: quia cùm substantiæ sint entia
absoluta, etiam differentiæ illarum esse entia
absoluta debent. Non privativè, nec contra-
dicto-

distoriè: quia sic aliqua substantiarum differ-
entia esset negativa, quod fieri nequit. Nec
denique ut contrariæ: quia substantia nihil
est contrarium, ut habet Philosophus in pre-
dicie *Substantie*.

II. R. I. Opposita sumuntur dupliciter
I. strictius, prout in quatuor species ab Aristotele Cap. X Categ. rediguntur, nempè relativè,
contradictoriè, privativè opposita & contra-
ria. Et hanc juxta acceptiōnem non omnes
differentias esse oppositas concedimus. II.
Latius, prout & disparata comprehendunt:
quomodo accipiuntur opposita ab ipsô Ari-
stotele c. XIII §. 8 Categ. Et juxta hanc acce-
ptiōnem omni differentiæ opponitur alia
differentia: quemadmodum & substantia-
rum differentiæ ut disparata opponuntur.

III. R. II. Quando sunt duæ alicujus ge-
neris differentiæ, quamvis nou sint contra-
distoriæ formaliter, sunt tamen contradicto-
riæ implicitè, quatenus ad terminos contra-
dictoriæ redigi possunt: ut rationale & irra-
tionale. Quando enim animal dividitur in
rationale & irrationale, licet rationale non sit
negatio contradictoria, quia tamen ex eô,
quod aliquod animal irrationale est, sequi-
tur, quod sit non rationale, ideo illæ diffe-
rentiæ ad contradictoria referri possunt.

Species non est differentia.

Peccat, si quis speciem tanquam differentiam adsignarit. Ut si quis convitum definiet *consumeliam cum irrisione*, cùm irrisio sit species quædam contumelia, proinde irrisio non est differentia. Aristoteles VI. Top. c. VI. §. 9.

REGULA III.

Genus non potest esse differentia speciei.

ibid. §. 10.

Genus enim prædicatur de specie in quid, differentia verò in quale quid. Hunc cùm cogitio sit genus scientiæ, non potest ejus esse differentia.

REGULA. IV.

Differentia non debet esse accidentalis speciei. *ibid. §. 12.*

I. Aliud est, aliquid esse quid accidentale, *absolutè*; aliud aliquid esse accidentale alicui. Accidentale *absolutè* opponitur substantiæ, & appellatur sic omne illud, quod est in aliquo prædicamento accidentium. Sed accidentale alicui opponitur essentiali, & dicitur illud, quod cum alicui competat, non est de ejus essentiâ.

II. Lo-

II. Lo-
absolutè;
dentia, e
accident
tis. Loc
ni acci
ferentia
essentia
constitu
essentia.
III. I
su accide
ris conf
Generi
cùm ita
tiā eju
quod de
sō apud

De a

Præd
Negari
prædica
vum vis
innatur
nem: pr
& subst
vō; quā

II. Loquitur Regula non de accidentalis
absolutè: cùm enim multæ species sint acci-
dentalia, etiam differentiæ earum sunt aliquid
accidentale, h. e. in prædicamento acciden-
tis. Loquitur igitur Regula de eō, quod al-
lii accidentale quid est. Species non est dif-
ferentia accidentalis, h. e. non est extra ejus
essentiam, & ratio est, quia essentiam speciei
constituit, & secundum rem est ipsa speciei
essentia.

III. Dicitur autem: quod differentia non
sunt accidentalis speciei. Nam si respectu gene-
ris consideretur, tunc aliud dicendum est.
Generi enim differentia accidentalis est,
cùm ita de eō prædicetur, ut sit extra essen-
tiā ejus constituta: sicut patet de rationali,
quod de essentiā animalis non esse, in confes-
sione apud omnes est.

REGULA V.

De differentia non prædicatur genus.

ibid. §. 13.

Prædicatione scilicet naturali & ordinata.
Negari enim non potest, genus de differentiâ
prædicari: ut rationale est animal, disaggregati-
vum visus est color; sed hæ prædicationes sunt
innaturales seu inordinatae & contra ordi-
nem: prædicatur n. in iis terminus absolutus
& substantivus de adjectivo & denominati-
vo; quâ de re vid. Du Trieu Manud. Tratt. I.

VV 4 R. I. c. II.

P. I. c. II. a. IL Hujusmodi præterea prædications non sunt *in quid*, cum omne, quod in quid de aliquo prædicatur, aut totam essentiam & rationem ejus exprimat, (sicut patet de definitione respectu definiti) aut in ratione & essentiâ ejus includatur: quemadmodum patet de genere respectu speciei. At genus nec totam differentiam rationem dicit, nec in ea includitur, cum genus & differentia sint conceptus formaliter contradistincti, & ex iis species secundum rationem & conceptus nostros componatur.

REGULA VI.

Differentia est posterior genere, & prior specie ibid. 16.

Hoc, quia differentia constituit speciem, omne autem constituens est prius constitutum. Illud, quia sicut à genere ad speciem, ita etiam à genere ad differentiam non reciprocatur essendi consequentia. Nam valet v. g. *Rationale est. E. est animal.* Sed non vice versa: *Animale est. E. rationale est.* Sicut igitur genus est prius specie, ita & differentia prius est, & per consequens differentia est genere posterior. Vide ea, quæ *Disp. præced. Reg. III.* diximus.

REGU-

REGULA VII.

Eorum, quæ ad aliquid referuntur, etiam
differentia ad aliquid refe-
runtur.

Vel:

Relatorum relativæ sunt differentiae.
ibid. §.23.

I. Ita scientia est quid relativum: refertur
enim ad subjectum, scilicet scibile, & dicitur
scibilis scientia. Unde etiam contemplati-
vum, activum & effectivum, quæ ejus diffe-
rentiae sunt, ad aliquid referuntur: contem-
plativum enim est alicujus contemplativum
& activum alicujus activum, & effectivum a-
licujus effectivum.

It. Patet autem, Aristotelem non tantum
loqui de relativis prædicamentibus, sed & de
aliis, quæ propriè non sunt in prædicamento Re-
lationis: quemadmodum scientia, licet rela-
tivum quid sit, tamen non ad prædicamentum
Relationis, sed Qualitatis pertinet.

REGULA IIX.

Uniuscujusque eorum, quæ ad aliquid refe-
runtur, differentia peti debet ab eo, ad
quod suā naturā refertur. *ibid.*
§ 24.

VVS

Quæ-

Quibusdam eorum, quæ ad aliquid referuntur, ad nobis aliquid utiliter, quam ad id, ad quod natura referuntur: c. c. ut aspectu solùm ad cernerendum. Nonnullis vero etiam ad alia utiliter, ut strigili haurire aliquis aquam potest. Si quis tamen strigilem definiat instrumentum ad hauriendum aquam, peccat, quia non est ad hoc comparata; ejus autem, ad quod natura res est, definitio est id, ad quod utitur prudens, quia prudens, & propria scientia, que circa quamque rem versatur. Sunt verba Aristotelis.

REGULA IX.

Differentia debet esse in eadem praedicamento, in quo est id, cuius est differentia.

I. Quod Aristoteles l. o. s. 2. dicit, esse aliubi, non esse differentiam substantie, id ad omnia praedicamenta possumus accommodare, & dicere differentiam, & id, cuius est differentia, non debere esse in diversis praedicamentis. Est autem differentia tum generis, tum speciei differentia: illud dividit, hanc constituit. Quodsi differentia esset in aliò praedicamento, in aliò genus, species, quæ ex genere & differentia constituitur, non esset per se ens, cum ex rebus diversorum praedicamentorum non fiat nisi unum per accidens. Quod si differentia est in eodem praedicamento cum gene-

gener
tō cum
dem su
II.
stotele
dividu
esse ali
quonia
so in al
sit in lo
si terre
aqua
gnifici
casse, q
lens fi
pertin

III.
cūm a
tanqu
fit sub
nus in
fit scie
erit di
differ
in div

IV.
subjec
iectur
tudo

genere, est etiam in eodem prædicamen-
tō cum specie, quia genus & species in eō-
dem sunt prædicamentō.

II. Idecirco eos reprehendunt, (inquit Ari-
stoteles l. c.) qui pedestre & aquatile animal
dividunt, quasi pedestre & aquatile significent
esse alicubi. An in his non reprehendatur rectē?
quoniam aquatile & terrestre non significant esse
in aliquo, nec alicubi, sed quale quid: nam esse
sit in loco sicco, aquē erit aquatile, similiterque
si terrestre sit in loco humido, terrestre erit, non
aquatile. Verumtamen, si quando differentia si-
gnificet esse in aliquo, manifestum est, eum pe-
ccasse, qui definivit, hoc est, si quis definire vo-
lens substantiam, assignarit differentiam
pertinentē ad prædicamentū ubi, peccabit.

III. Verū hīc quis objicere posset, quod
cum accidentia definiantur per subjectum,
tanquam per differentiam, & verò subjectum
sit substantia, (ut cum dicitur: Tonitru est so-
nus in nube; aut cum Physica definitur, quod
sit scientia corporis naturalis) certè substantia
erit differentia accidētis, & per consequens,
differentia, & id, cuius est differentia, sāpē
in diversis erunt prædicamentis.

IV. Bz. In definitionibus accidentium non
subjectum, sed habitudo & respectus ad sub-
jectum differentia est. Sed quia illa habi-
tudo non potest explicari, nisi mentione
sub-

untur,
od na-
ernen-
cer, ut
Si quis
d hau-
c com-
defini-
adens,
n ver-

men-

se ali-
ad o-
oda-
diffi-
entis.
ispe-
stitu-
dicata-
nere
er se
nen-
quod
cum
ene-

subjecti, idèò necesse est subjectum in eorum definitionibus ponи. Ita Tonitru ex natura suâ respicit subjectum, in quô insit, nempe nubem, & idcirco per nubem definitur. Et physica essentialiter importat respectum ad corpus naturale, tanquam ad subjectum circa quod, & idcirco per corpus naturale definitur.

V. Instas: Ex hâc responsione adhuc sequi, differentiam, & id, cuius est differentia, possesse in diversis prædicamentis: quia Tonitru, tanquam sonus, & scientia, tanquam habitus, sunt qualitates: illarum autem differentiae cum sint respectus quidam, pertinent ad prædicamentum Relationis.

VI. R. Non omnis respectus ad prædicamentum Relationis pertinet, quod vel ex eo constat, quod Aristoteles in *pred. Rel.* negat respectum, quem caput ad capitatum importat, esse relationem de prædicamento Relationis. Sunt quidam respectus transcendentiales, aut tales, ut inde Relata vocentur secundum dico, & illi in Prædicamento Relationis propriè non collocantur. Hujusmodi respectus etiam est is, quem omne accidens ad subjectum, & scientia ad scibile habet. Vide quæ circa *Reg. XI Disp. præc.* dicta fuerunt.

VII. Notandum autem, Regulam istam loqui de differentiâ *essentiali* & *specificâ*. Nam si dif-

si differe
quodcu
esse di
differ
eoden
siam
ubi, q

D

I.
pecca
tandu
dam
posita
Et rati
tiam
entis
rum
flont
Arist
tem:
defini
non h
bere

II.
rent
sic d
rent

eorum
ex natu-
nempè
tur. Et
tum ad
um cir-
rale de-

c sequi,
ia, passo
onitru,
abitus,
erentia
ad præ-

rædica-
elex eð
. negat
impor-
ð Rela-
enden-
natur se-
elatio-
smodi
cidens
et. Vi-
erunt.
am lo-
Nam
si dif-

si differentia dicatur id, per quod aliquid
quocunque modō differt, sic accidentia posse
esse differentias substantiarum, nec semper
differentiam, & id, cuius est differentia, in
eodem esse prædicamentō, extra controver-
siam est: sicut Cœlum & terra differunt per
ubi, quod illud supra est, hæc in mediō.

REGULA X.

Differentia non debet esse negativa.

I. Ex *VI. Top. Cap. VI* §. 5. ubi dicitur, eos
peccare, qui negatione genus dividunt. No-
tandum autem I. Regulam esse intelligen-
dam de entibus positivis, hoc sensu: *Entium*
positivarum differentia non debet esse negativa.
Et ratio est, quia differentia constituit essen-
tiā speciei, sed negatio essentiā speciei, ut
entis positivi, constituere non potest. At eo-
rum, quæ in negatione & privatione consi-
stunt, alia est ratio, quod expressè significat
Aristoteles, quando § 7. dicit: *Forasiss autem*
in nonnullis necesse est negatione utri eum qui
definit, ut in privationibus; nam cœcum est, quod
non habet visum. quando secundum naturam ha-
bere debet.

II. Notandum II. sermonem esse de diffe-
rentiā essentiali & specificā, & propriissimè
sic dicitur. Nam aliquando negarivis diffe-
rentiis dividī genus, non est dubium: ut an-

enat

mal dividitur in id, quod pedes habet, & quod iis caret, in plumatum & implumatum. Oportet autem differentiis negativis sèpè nos uti propterèa, quod specificæ & veræ differentiæ latent. Fit & interdum, ut vox aliqua privativa sit, quæ tamen utamur ad significandum quid positivum: ut patet de irrationali; per quod dividitur animal.

REGULA XI.

Differentia non reciprocatur cum eō, cuius est differentia. Porphyrius Cap. XIII.

Iagrg. §. 4.

I. Regulâ X. diximus, differentiam esse & generis & speciei differentiam. Intelligitur hoc dictum Porphyrii de differentiâ respectu generis, quod scilicet dividit, hòc sensu: *cum genere non reciprocatur differentia: est enim differentia dividens genus angustior genere, sicut rationale est quid angustius, quam animal.*

II. Quod differentiam attinet respectu speciei, sic dupliciter consideratur: Vel enim comparatur cum specie, quam immediatè constituit, & cuius respectu dicitur specifica; & hâc ratione reciprocatur cum specie: ut disaggregativum visus cum albô. Vel, nisi sit differentia speciei specialissimæ propria, (nam differentia propria speciei specialissimæ)

me

me solum constituit speciem aliquam immediate, quoniam species specialissima infra se aliam speciem nos habet) comparatur cum aliquâ specie, quam constituit mediatae, & ejus respectu generica dicitur. Atque isto modô non recipio gatur eum specie, sed est quid latius: sicut sensivum est differentia constitutiva hominis, quam constituit mediante animali, & latius patet, quam homo.

REGULA XII.

Generum diversorum, & non subalternatim posteriorum, diverse sunt specie differentiae: Eorum vero, quae subalternatim posteri sunt, nihil prohibet, easdem esse differentias. Aristoteles in An-
tepred.

I. Sciendum, genera tribus modis possunt dici diversa: I. ut nec unum sub altero, nec utrumque sub uno tertio collocetur. Talia sunt omnia genera diversorum praedicamentorum, ut substantia & quantitas, animal & scientia, dicunturque; non solum genera diversa, sed etiam genere diversa, ut notant *Commentarii in Log. Aristotelis sub nomine Coll. Con-*
nimbr, falso editi. II. Ut, licet unum sub altero

abet, &
plume.
is sèpè
& verè
ut vox
nur ad
atet de
al.

, cuius
VIII.

m esse
elligi-
tiâ re-
, hòc
rentia:
gusti-
astius,

pectu
enim
diatè
scifas;
ie: ut
ifi sit
ria,
lisfa
ma

alterò non contineatur, ambo tamen continentur sub tertio aliquo genere; ut *animal & planta*, animal enim non continetur sub plantâ, nec planta sub animali, ambo tamen continentur sub corpore, tanquam sub genere.

III. Ut unum sub alterò contineatur: ut *corpus & animal*.

II. Genera primò modò diversa nullas differentias, neque constitutivas, neque divisivas habent easdem. Sic animalis differentiaz constitutivæ sunt *corporeum, animatum, sensitivum*; divisivæ *volatile, terrestre, aquatile*. Iste non sunt differentiaz scientiaz: non enim constituitur scientia per *corporeum, animatum, sensitivum*, nec dividitur per *volatile, terrestre & aquatile*.

III. Inquis: Animal & instrumentum domesticum genera sunt primò modò diversa, quia non ad idem pertinent prædicamentum, easdem tamen habent differentias divisivas. Nam ut habere pedes, & non habere pedes, sunt differentiaz dividentes animal, sic & instrumentorum domesticorum pedes alia habent, ut lectus, scamnum, &c. alia non habent, ut pelvis.

IV. Sed responsio est facilis. Loquitur enim Aristoteles, & nos cum ipso, de differentiis specie iisdem vel diversis. Habere pedes, & non habere pedes, cum dicuntur de

api.

animali
sunt diff.
specie t.
easdem
concept
homine
tia, est
homine
bere pe
de anim
quia pec
nis & est
V. G
attinet,
supra cit
vel salte
summò g
mal & sp
stitutiva
Quorun
tur sub s
las habe
nes, hab
dem, affa

VI. L
bent eas
ricas, no
tum sunt
commun

animalibus & instrumentis domesticis, licet sint differentiae nomine & analogia eadem, specie tamen eisdem non sunt: oportet enim easdem specie differentias habere eundem conceptum: sicut sentiens, ut prædicatur de homine & leone, est eadem specie differentia, estque unus idemque ejus conceptus in homine & leone; at habere pedes & non habere pedes, non dicuntur eodem conceptu de animalibus & instrumentis domesticis, quia pedes horum non sunt ejusdem rationis & essentia cum pedibus illorum.

V. Genera secundum modum diversa quod attinet, duplicita ea faciunt *Commentarii supracitati*: Quorundam enim utrumque, vel saltem alterum ponitur immediatè sub summum genere: ut *corpus* & *spiritus*, item *animal* & *spiritus*; & talia nec divisivas nec constitutivas differentias easdem habere dicunt. Quorundam vero utrumque mediatè ponitur sub summum genere; & talia quidem nullas habere differentias dividentes communes, habere tamen aliquas constitutivas easdem, afferunt.

VI. Dicitur *aliquas*, quia non omnes habent easdem. Easdem quidem habent genericas, non specificas; ut *corporeum* & *animatum* sunt differentiae constitutivæ genericæ, communes animali & plantæ, quæ sunt ge-

nera secundō modō diversa. Differentia autem animalis specifica, quæ est sensuivum, non competit plantæ; nec differentia specifica plantæ, competit animali.

VII. Rectè hæc, nisi quod alii rectius docere videntur, generum secundō modo diversorum posse esse interdum easdem etiam differentias divisivas. Nam animal terrestre, & animal volatile, sunt genera secundō modō diversa, easdem nihilominus habent differentias divisivas. Nam *bipes* & *quadrupes* sunt differentiæ dividentes animal terrestre, (est enim animalium terrestrium quoddam *bipes*, ut *homo* quoddam *quadrupes*, ut *equus*) cædem differentiæ dividunt etiam animal volatile; nam & volatilium quoddam est *bipes*, quoddam *quadrupes*, qualis *gryphus* esse narratur.

IX. Genera tertio modō diversa easdem habent differentias constitutivas & divisivas, eō tamen pacto, ut quotquot constituant superiora, constituant inferiora, & quotquot dividunt inferiora, dividant etiam superiora; non verò vice versa. V. g. *animalia corporis animatum* sunt genera tertio modō diversa: differentiæ *corporum* & *animatum*, quæ constituant *corpus animatum*, constituunt etiam animal, animal verò dividitur in *rationale* & *irrationale*, in quæ etiam dividitur *corpus animatum*.

IX.

IX. I
differentiæ
stitutivas
ptia & s
men sup
homine
non om
dividun
matum
potest d
animati

X. N
sed dixi
tes infer
generic
animal;
animati
rius sim
quadrup
ture etia
animali

XI. I
per gene
natim pa
dum? C
nera pri
posita,;
subalte
diversis

IX. Dixi, non vice versâ: quia non omnes differentiæ constitutivæ inferioris sunt constitutivæ superioris. Differentia enim propria & specifica constituit inferius, non tamen superioris: ut rationale, quod constituit hominem, non constituit animal. Similiter non omnes differentiæ dividentes superioris dividunt inferioris: ut corpus dividitur in animalium & inanimatum, animal verò non ita potest dividi, nulum siquidem animal est inanimatum.

X. Non dixi s. praeed. nullæ differentiæ, sed dixi, non omnes. Aliquæ enim constituentes inferius, constituunt superioris. Tales sunt genericæ: sicut *materiale*, quod constituit ita animal, ut constituat prius corpus, & corpus animalium. Aliquæ etiam dividentes superioris simul dividunt inferioris: sicut per *bipes* & *quadrupes*, in qua animal dividitur, dividitur etiam animal terrestre, quod est inferioris animali.

XI. Re ipsâ sic explicatâ, queritur, quid per genera subalternatim posita, & non subalternatim posita, in verbis Philosophi sit intelligendum? Certum & extra controversiam est, genera primo modo diversa, esse subalternatim posita, genera verò tertio modo diversa, esse subalternatim posita. Sed de secundo modo diversis est dubitatio. Quidam, inter quos

334 PARTIS SECUNDAE

Titelmannus Lib. II. consid. Dial. Cap. XIV.
comprehendunt non sub subalternatim po-
fitis.

XII. Verum nos contra sic argumen-
tum:

Genera non subalternatim posita non
possunt habere easdem differentias.

At genera secundum modum diversa possunt
habere easdem differentias.

E. non sunt genera non subalternatim
posita.

Major probatur, quia cum Aristoteles in
priori Regula parte afferat, genera, quae non
sunt subalternatim posita, habere diversas
differentias, in posteriori autem dicat, nihil
obstat quod minus ea, quae subalternatim
posita sunt, habeant easdem, aperte signifi-
cat, genera, de quibus agit in priori parte
nempe quae dicuntur non subalternatim po-
sita, non posse habere easdem: alijs nullum
constitueret discrimen inter genera, quae
priori, & quae posteriori Regula parte con-
tinentur. Minor manifesta est ex §. VII. e
VII.

XIII. Patet hinc, generâ secundum modum di-
versâ comprehendendi sub subalternatim po-
fitis. Si enim non sunt nō subalternatim po-
sita, E. sunt subalternatim posita, quia inter
subalternatim posita, & inter non subalte-
natim posita.

natim posita
spicuum posita
tertiô, subalter-
num tantum
Estque manife-

C Un
de in diffe-
tialis a
conven-
Partium
Regula
namus.

Desi-

I. O
qui defi-